Gallico.

Mercurius ritè præparatus.
℞. Mercurij dulc. scrup. 2.
Salfæ in pollinem redactæ dr ß. cum vino f. pilul. pro vna vice.

Somnifera, siue

Υπνώτικα.

SOmnifera a somno conciliando nomen ducunt, cumque fiat somnus vaporis in cerebri anterioribus ventriculis concretione, ea omnia somnum conciliant, quæ largam humiditatem capiti præbent, quæ facilè coire possit, coit autem quicumque vapor siccitatis, & caloris expers. Licirco somnifera duas sortiuntur differentias. Alia enim sola humiditate conciliant somnum, alia etiam caput refrigerant, quo nomine & citius, & firmius concrescit vapor cerebro communicatus, atque hæc vel moderatam habent frigiditatem infra tertium gradum consistentem, vel impensè sunt frigida. Illa retinent suum nomen, ista propriè Stupefacientia dicuntur, quia extincto partis calore eius sensus sopiunt; dicuntur & soporifera quæ omnes sensus alto somno obruunt. Sõnifera humida sunt dumtaxat.

Som-

Somnifera humida tantum.

Amygdalæ dulc.& earum lac.
Cassiæ fist.flor.
Mustum.
Nucis Indicæ cortex maceratus in vino ad vnc. 2.
Oleum vitrioli Quercetani in odoramentis.

Humida, & frigida moderatè.

Camphora.
Iunci Æthiopici sem.
Lapis Memphytes.
Lactuca.
Mala aurea.
Muscus arboreus recens.
Nimphæa.
Solanum [Satiuum. / Heliacacabum.]
Semper viuum.
Viola purpurea.

Composita.

Ol. [Violatum, maximè camphoratum / Neupharinum. / Florum salicis. / Ranarum.]

Aqua

Aqua [Violarum.
[Nenupharis.
[Lactucæ.

Aer frigidus arte factus,
Lauacra pedum ex his.
Odoramenta nasi.
Vnctiones temporum.
Puluinaria.

Stupefacientia, siue

Καρώτικα.

STupefacientia duplicia sunt. Alia agunt qualitate occulta, vti torpedo admota, & Pastinca marinæ caudæ extremitas. Alia manifesta, scilicet hæc quæ sequuntur.

Cicuta.
Dorichnium.
Hypecoum.
Hyosciamus vterque.
Mandragoræ omnes partes.
Meconium.
Opium.
Papauer vtrunque.
Sambuci siluestr. baccæ.
Solanum somniferum.

Com